



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

11 De homine quantum ad corporis sexum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. III. ART. XXIII. XXIIII. ET XXV.

QVAESTIO x.

**D**EINDE quæsum est de anima quantum ad poenam.

¶ Et circa hoc quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum aia possit pati ab igne corporeo.

¶ Secundo, vtrum damnati in inferno gaudent de poenis inimicorum suorum, quos uidet secum puniri.

ARTICULUS XXIIII:

Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

**C**IRCA primum sic proceditur. Videtur q̄ anima separata non possit pati ab igne corporeo. Actio enim agentis est proportionata passione patientis: sed actio ignis, cum sit corpus physicum, est actio naturalis, quæ consistit in mouere. ergo nihil patitur ab igne corporeo, nisi quod mouetur: sed anima non mouetur, cum sit imparabile, nihil autem imparibile mouetur, ut probatur in 6. phys. ergo anima non patitur ab igne corporeo.

**SED CONTRA** est, quod diues in inferno secundum animam existens dicit. Crucior in hac flâma, ut dicitur *Lucas* 16.

**R**ESPON. Dicendum, quod anima patitur paenam ab igne corporeo, sicut fides catholica docet: q̄ autem ignis corporeus agat in animâ separata, hoc non habet ex natura sua, sed in quantum est instrumentum diuinæ iustitiae, ut dicitur communiter. Advertendum tamē est, quod nullum instrumentum agit in uirtute superioris agentis, nisi exercendo aliquam actionē sibi connaturalē, alioquin frustra adhiberetur ad effectum, sicut ferrum in quantum est instrumentum artis, facit arcā secando, & aqua baptismalis abluit animam, ut instrumentum diuine misericordiae corporaliter abluedo. Si ergo ignis corporeus agit in animam, ut est instrumentum diuinæ iustitiae punientis, necesse est quod hoc fiat per aliquam actionem ignis corporeo connaturalē. Non autem potest dici, quod ignis alteret animam calefaciendo, uel desiccando, aut igniendo ipsum. Vnde relinquitur modus, quem Aug. ponit 1. de ciu. Dei, ut anima separata, uel spiritus de monis patiatur paena per alicationem quandam ab igne corporeo. Videtur enim spiritum corpori alligari quandoque quidem naturaliter, sicut anima alligatur corpori: quandoque autem quadam superiori uirtute, sicut per virtutem superiorum demonum inferiores demones alligantur arte necromantica imaginibus, vel annulis, vel aliis huiusmodi rebus. Multo ergo magis uirtute diuina demones, veletiam anima alligari possunt igni corporeo, ut ab eo assument penam.

Vnde patet responsio ad illud quod in contrarium obiciebat, quod procedit de actione ignis, quæ est per alterationem.

ARTICULUS XXV.

Vtrum damnati gaudent de peñis inimicorum.

**A**D SECUNDUM sic proceditur. Vr. q̄ damnati in inferno gaudent & consolentur de peñis inimicorum suorum, quos secum vident in inferno puniri, quia super illud *Isa. 14*. Omnes principes terre surrexerunt de fossis suis, dicit gl. Hier. q̄ solatio est malis inimicis suos socios huc paenari.

**A** SED CONTRA. Omne gaudium diminuit dolorem, ut patet per phil. in 7. eth. sed dolor damnatorum est infinitus intenſius. tantum ergo possint multiplicari inimici alicuius dannati in inferno, & totaliter dolor eius deteretur, quod est contra diuinam iustitiam.

**R**ESPON. Dicendum, quod nihil prohibet idem secundum diuerſas rationes esse delectabile & triſtabile, tamen simpliciter dī tale ab eo quod preminet: ab eo uero quod est minus, denominatur secundum quid. Dicendum est ergo, quod pena inimici considerata ab eo qui est in inferno, habet quodammodo rationem delectabilis, & quodammodo rationem tristabilis. Rōnem qđem delectabilis habet, in quantum impletur voluntas damna ti de malo inimici sui. Descendunt ad infernum damnati cum armis, i. cum affectionibus prauis, ut dī *Ezech. 32*, sed ex alia parte habet rōnē tristabilis pp duo. Primo qđem in quantum in pena inimici impletur diuina iustitia, quam odiūt & blasphemant damnati in inferno, secundum illud *Apoc. 16*. Aestauerunt homines eſtu magno, & blasphemauerunt nomen Domini. Secundo, propter uer men conscientię. Sic, n. in eis prauæ affectiones remanent, quod & tamen de eis dolent ad punitionem, non ad purgationem, secundum illud sap. 5. Poenitentiam agentes, & p̄ angustia spiritus ge mentes. Vnde sicut peccantes in hac uita dolēt, & de dolore gaudent: ita damnati in inferno gaudent de peñis inimicorum suorum, & tamen de ipso gaudio magis dolent, & præcipue si præstiterint eis damnationis cauam.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO XI.

ARTICULUS XXV.

Vnum adam non peccante tot fuissent mares, quot feminae.

**D**EINDE quæsum est de homine quantum ad corporis sexum, vtrum si primus hō nō peccasset, tot fuissent nau mares quot feminae, & videatur q̄ sic in paradiſo enīm, ubi secundū Aug. fuisset thorū immaculatus, & nuptiæ honorabiles, nullus continuoſet, sed omnes matrimonio uī fuissent, vt impleretur præceptum Domini primis hominibus datum. Crcleſte & multiplicamini, & replete terram, ut habetur Gen. 1. sed in statu innocentie nullus masculus habuſset plures uxores, nec aliqua mulier plures viros, nec aliquis, aut aliquis mortem sensisset. ergo sequitur q̄ tot mares naſcerentur, quot feminae.

**S**ED CONTRA est, quod dicit Greg. 4. mor. super illud. Nunc enim dormiens fileret, dicit. Si parentem primum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ generaret: sed hi qui nunc per redemtionem saluandi sunt, soli ab eo eleſti naſcerentur: sed quin nunc saluandi sunt, non sunt æqualiter mares & feminæ. ergo neque in statu innocentie æqualiter fuissent mares, & feminæ.

**R**ESPON. Dicendum, quod si Adam non peccasset, nec aliquis de stirpe eius, fati probabiliter videtur concedendum, quod tot naſcerentur mares quoſ feminæ, sicut ratio probat.

Ad illud uero qđ in contrarium obiciebitur, potest dici, qđ cū ſoli Deo ſit certus numerus electorū, incertum eft, vtrū inæquales ſaluentur mares & feminæ,

### QVODLIBET. III. ART. XXVI. ET XXVII.

**m**inæ, uel æqualiter tot mares quot feminæ: sed si supponitur quod non in æquali numero mares saluentur & feminæ, potest dici quod cum dñs hi qui nunc per redemptionem saluandi sunt &c. prono men, non, facit personalem demonstrationem, sed simplicem, sicut cum dñs. Hæc herba crefcit in hor to meo, ut intelligatur nihil aliud significari, quam quod soli saluandi ab eo nascentur, quia nullus nascendo ab eo traheret damnationis cam. Non autem potest dici, quod idem homines numero na scerentur, qui nunc nascuntur. Manifestum est enim quod non potest esse idem homo numero, si ab alio patre, uel alia matre nascatur. Cum autem mul ti sint, ex pluribus uxoribus filios suscipiunt q̄ saluantur, si in statu innocentia pluralitas uxorū non suisset, impossibile esset quod iidem homines numero tunc nascerentur, qui nunc saluantur.

### QVÆSTIO XII.

**D**E NDE quesitum est de actibus communib us omnibus hominibus.  
¶ Et primo, De conscientia.  
¶ Secundo, De poenitentia.  
¶ Circa primum quæsita sunt duo.  
¶ Primo, Vtrum conscientia possit errare.  
¶ Secundo, Vtrum conscientia erronea liget.

### ARTICVLVS XXVI.

#### Vtrum conscientia errare possit.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod conscientia errare non possit, quia ad R.o.2. dicit glo. quod conscientia est lex intellectus nostri, quæ est lex naturæ: sed lex naturalis errare non potest. ergo nec conscientia.  
¶ Præt. Basil. dicit, quod conscientia est naturale iudiciorum: sed naturale iudiciorum non potest errare, ut patet in primis principiis indemonstrabilibus, de quibus homo naturaliter iudicat. ergo conscientia non potest errare.

**S**ED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 16. discipulis loquens. Venit hora, ut omnis qui interficerit eos, arbitrari se obsequium praestare Deo: sed hoc non est nisi conscientia errante. ergo conscientia potest errare.

**R**ESPON. Dicendum, quod conscientia (sicut ipsum nomen sonat) importat applicationem scientie, uel notitiae humanæ ad aliquem proprium actum. Omnis autem notitia quam homo habet, potest ad suum actum applicare sive memoriam, prout homo dñs habere conscientiam testificantem quod fecerit aliquid, uel non fecerit: sive etiæ scientiam uniuersalem, uel particulariem, per quam homo potest cognoscere, utrum aliquid sit faciendum, uel non faciendum, & secundum hoc conscientia dñs urgere, uel impedire. Manifestum est autem, quod si accipiamus diuersas hominis cognitiones, in aliqua potest esse error, & in aliqua non. In primis enim principiis naturaliter cognitionis, sive sint speculativa, sive sint operativa, nullus potest errare, sicut in hoc. Omne totum est maius sua parte: uel, Nulli iniuriam esse faciendam. In aliis autem humanis cognitionibus magis particularibus sive pertinente ad partem sensitivam: sive ad rationem inferiorem, quæ considerat humana: sive ad rationem superiori, quæ considerat diuina, potest multipliciter error accidere.

**F**Manifestum est autem, quod in applicatione multarum cognitionum ad actum prouenit error, quæcunque cognitionum fuerit erronea: sicut pater q̄ fallitas accidit in conclusione quæcumque premiaturum principiorū iuris naturalis non sit error, tamen quia in aliis principiis iuris humani, vel diuini potest error accidere, iō conscientia hominis errare potest, sicut patet. q̄ id hereticus qui habet conscientiam numquam jurandi, habet conscientiam erroneam propter hoc, quod credit omne iuramentum esse contra preceptum Dei, licet in hoc non erret, quod aëstimat nihil esse faciendum contra præceptum diuinum.

**G**AD PRIMVM ergo dicendum, quod principia particularia habent virtutem concludendi exprimis principiis uniuersalibus: unde conclusio attribuitur principaliter primis principiis, sicut dicit. Etius cause primæ: & eadem ratione, quia virtus conscientia principaliter depèdet ex principiis iuris naturalis, sicut ex primis & per se notis, principaliter conscientia dicitur lex naturalis, vel etiam naturale iudicatorum. Vnde patet, solutio ad secundum.

### ARTICVLVS XXVII.

#### Vtrum conscientia erronea liget ad peccatum.

**H**IRCA secundum sic proceditur. Vñ. q̄cōcīcia erronea non liget ad peccatum. Vñ. dicit 22. contra Faustum. Omne peccatum est contra legem æternam, quæ est lex Dei: led quandoque scientia errans prohibet id quod non est contralegem Dei, sicut pater in hereticis, qui conscientiam erroneam prohibente, nolunt iurare, nec comedere carnes, aut bibere uinum. non ergo est eis peccatum, si contra conscientiam hoc facient, & ita conscientia erronea non obligat ad peccatum.  
¶ Præt. Conscientia erronea quandoque dicitur homini quod faciat id quod est contra legem Dei, sicut hereticus sua conscientia erronea dicit, q̄ dicit contra fidem catholicam: sed faciendo contra legem Dei peccat mortaliter. si ergo est faciendo contra conscientiam erroneam peccaret mortaliter, sequitur q̄ utrobiq; esset peccatum sive prædicaret contra legem Dei, sive non, & ita est pplexus, q̄ vñ esse inconveniens, quia sequeretur quod non patet ei in via salutis, cum tñ sib; patet per penitentiam in hac uita. non ergo conscientia erronea ligat.

**I**SED CONTRA est, quod ad Roma 14. super illud. Ome quod non est ex fide, peccatum est, dicit gl. quod qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam.

**R**ESPON. Dicendum quod cū actus recipiat speciem ab obiecto, non recipit speciem ab eo sive materiali obiecti, sed secundum rationem obiecti, sicut uisus lapidis non recipit speciem a lapide, led a colorato quod est per se obiectum uisus. Omnis autem actus humanus habet rationem peccati, vel meriti, in quantum est uoluntarius: obiectum autem uoluntatis secundum propriam rationem est bonum apprehensum: & ideo actus humanus iudicatur uiruolus, vel uitiosus secundum bonum apprehensum, in quod p se uoluntas fert, & non fm materiali obiectum actus: sicut si aliquis credens occidere patrem, occidat seruum, incurrit in parricidii peccatum. & contrario si q̄ uenator putans occidere ceruini debilitate diligenter adhibita, occidat casualliter patrem, immunitis est a parricidii criminis. Si ergo aliquid q̄ secundum